

Codice Diplomatico Longobardo I, 112C

In Dei nomine. regnante domino nostro Aistulpho excellentissimo rege, anno regni eius quinto, die lune uigexima mense magi, indizione septima, beatissimo Syluino episcopo in Cremonensi cathedra sedente. Dum se coniunssent in unum consditutum, id est Ansprando archipresbiter, Lupoaldus, Anzolerius, Dragoaldo, Malamberto et Poncio presbiteros, Hildeprando archidiaconus, Wedoaldo, Leocorne, Offrith, Zinello et Summino diaconi omnes de cardine Beate Marie Maioris istius ciuitatis Cremone ex una parte, nec non ex altera parte Ulpone de insula Ursoni de curte Gussala et Mitilda iugale sua una cum Martina, Lusone, Gisla et Richilda filios et filie sue, nec non Bosello, Ilprando, Laurentione et Ilulpho cum Belladonna, Pudica, Angelberga et Grisilda iugales eorum de agnitione sua, omnes et mulieres omnes pertinentes iam dictis presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris ciuitatis Cremone uiris uenerandissimis, presentia Agilulphus gastaldo, Agibertus locopositus, Aldiphreth presbiter de Sancto Michele de suburbis, Cuniperth presbiter de Beato Syro de Rhodano, Rachiberth presbiter de Sancto Michele de curte Bathiana, Luiso, Ghodiperth, Ilmerit et Aicardo de eadem curte Gussala, nec non Lionardus subdiaconus, Amiso lector, Ridulphus et Urso ostiarii de eadem Beata Maria Maiores et aliis pluris de genere Romanorum et Langobardorum in constitutum et consilium conuocati; et cum iam dicti coniuncti et consdituti fuissent ambis partibus in istud consditutum, et hanc inquisitionem pro portanda libertate de ipso Ulpone et iugale sua Mitilda una cum filiis et filias et omni agnitione sua, et iam dicti uenerabiles presbiteri et diaconi iam dicte Beate Marie Maioris de Cremona per interuentum et uocem Wedoaldi diaconus et uicedominus professi et manifestati fuissent se bene memorari, et esse in eorum plena recordatione quod pro parte istius Ulpone iam a tempore gloriosissimi et piissimi Liuthprandi regis, prope insulam Ursoni, dum aque peruersarent salua fuit in Pado uita Mezolombardi diaconus et uidamus, et quod dictus Uulpus uitam pro uita posuit, et in sequenti tempore predictus Uulpo cum Mitilda iugale sua et filiis et filie sue et omni agnitione sua semper fidelis seruus fueret ipsis presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris, ideo ipsis paruit quod pro eum et eos remunerare de suo bono apere et longa seruitute et seruitio fideliduino et nocturno iam dictus Uulpo cum Mitilda iugale sua et filii et filie sue et agnitione sua in libertate positus esse deueat. et ideo ipsum Ulpone una cum Mitilde iugale sua et filii et filie sue et omni agnitione sua liberum et liberam et liberos et liberas faciunt, dicunt et manifestant presentia dictorum auditorum. hac noticia cognita, supradictis audidoribus paruit actam et deliueratam esse inquisitionem et finitum constidutum et iudicatum pro portanda, dicenda et manifestanda libertate de Ulpone de insula Ursoni de curte Gussala una cum iugale sua Mitilda et filiis et filie sue et agnitione sua. et idcirco dictum Uulponem et Mitildam et filios et filie sue et agnitione sua interrogauissent ipse Uulpo et Mitilda et filii et filie sue cum agnitione sua diserunt, quod non uolunt quatuor uias, et quod contenti sunt pro portare libertate sua, ea condicione, quod maneant in custodia, tutela et tuitione de iam dictis presbiteris et diaconis Beate Marie Maioris istidiu ciuitatis Cremone. et iam dicti presbiteri et diaconi de ordine maiori cardines Sancte Marie de ista ciuitate Cremona professi et manifestati sunt, quod iam dictos Uulponem cum iugale sua Mitilda et Martinum, Lusonem, Gislam et Richildam filios et filie sue, una cum Bosello, Ilprando, Laurentione et Ilulpho et iugales eorum Belladonna, Pudica, Angelberga et Grisilda de agnitione sua, omnes et mulieres iam perugesima ipsis presbiteris et diaconis et liberos atque liberas in oc consdituto dictos et manifestatos recipiunt in tutela, custodia et tuitione sua ut Sancte Marie cum omnibus rebus et familias eorum. sic

deliuerata iuquisidio et acto et finito consdituto pro firmitate ad parte idem presbiteris et diaconis et tuitione idem Uulponi cum omni gente sua mihi Liutpero notario domini regis scriuere mandauerunt, et eorum praesencia roborata et eorum praesencia roborate et relictam est. Acto ciuitate Cremona, in domo canonica, in camera maiori, anno, mense, die ut supra; feliciter. Signum + manus Agilulph gaslaldo, qui in his actis interfuit et probauit. Agibertus locopositus interfui. + Ansprandus primus presbiter, qui in his actis interfui et subscrispsi, et signum posui istius canonice. + Lupoaldus presbiter intefui et probauit. + Anzolerius presbiter interfui et probauit. + Dragoaldus presbiter interfui et subscrispsi. + Malambertus presbiter interfui et probando subscrispsi. + Poncio presbiter interfui et subscrispsi. + Hildeprandus archidiaconus, qui in his actis interfui et probauit, et signum ecclesie posui. + Wedoaldus diaconus et uicedominus, qui in his actis interfui et subscrispsi, et signum posui. + Leocorne diaconus archisacrista interfui et probauit. + Offrith diaconus cancellarius interfui et probauit. + Zinellus diaconus sacellarius interfui et consensi. + Summinus diaconus aduocatus interfui et subscrispsi. Aldipbret presbiter interfui. Chunipert presbiter interfui. Rachiberth presbiter ibi fui. Signum + + + manum isto Luiso, Ghodipert, Ilmerith et Aicardo de curte Gussala testes. Leonardus subleuita ibi fui. Anciso lector interfui. Ridulph ostiarius interfui. Urso ostiarius ibi fui. + Liutperthus notarius domni regis hanc noticiam rogatus scripsi, et signum meum meum roborando posui.